UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant

Segneri, Paolo

Dilingæ, 1699

Index IV. Qui exhibet redactas in ordinem omnes illas sacrarum paginarum sententias, quæ singulis Meditationibus argumentum subministrant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48281

Visual Library

# INDEX IV.

## Qui exhibet redactas in ordinem omnes illas ſacrarum paginarum ſententias, quæ ſingulis Meditationibus argumentum ſubminiſtrant.

*Ex Deuteromonio.*

*Cap.* 14. *v.* 14. En Domini Dei tui Cælum eſt, & Cælum Cæli, terra, & omnia quæ in ea ſunt, & tamen patribus tuis conglutinatus eſt Dominus, & amavit eos. *Maj.* 1.

*C.* 32. 23. Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis. *Nov.* 28.

Ex *Joſue.*

*C.* 5 12. Defecit manna poſtquam comederunt de fructibus terræ, nec viſi ſunt ultra cibo illo filij Iſraël. *Maj.* 22.

Ex *Regum* 1.

*C.* 15. 23. Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere. *Iul.* 8.

Ex *Tobia.*

*C.* 2. 18. Filij Sanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. *Mar.* 10.

*C.* 4. 14. Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. *Mart.* 14.

Ex *Job.*

*C.* 5. 3. Vidi ſtultum firma radice, & maledixit pulchritudini ejus ſtatim. *Maj.* 4.

*C.* 6. 10. Hæc mihi ſit conſolatio, ut affligens me dolore, non parcat, nec contradicá ſermonibus ſancti. *Maj.* 25.

*C.* 7. 1. Militia eſt vita hominis ſuper terram. *Sept.* 2.

*C.* 11. 12. Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat. *Aug.* 1.

*C.* 14. 14. Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. *Maj.* 28.

*C.* 16. 23. Ecce breves anni tranſeunt, & ſemitam per quam non revertar, ambulo. *Feb.* 6.

*C.* 21. 13. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. *Febr.* 18.

*C.* 22. 17. Dicebant Deo: recede à nobis: & quaſi nihil poſſet facere Omnipotens æſtimabant eum, cùm ille implêſſet domus eorum bonis. *Ian.* 10.

*C.* 24. 23. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam. *Febr.* 21.

*C.* 26. 23

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*C.*26.23. Simulatores, & callidi provocant iram Dei, neque clamabunt, cum vincti fuerint. *Nov.* 5.

*C.* 27. 19. *Dives* cùm dormierit, nihil ſecum auferet; aperiet oculos ſuos, & nihil inveniet. *Maj.* 17.

*C.* 31. 1. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine: quam enim partem haberet in me Deus deſuper, aut hereditatem Omnipotens de excelſis. *Iul.* 12.

*C.* 31. 14. Quid faciam cùm ſurrexerit ad judicandum Deus, & cùm quæſierit, quid reſpondebo illi. *Mart.* 3.

*C.* 31. 23. Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum: & pondus ejus ferre non potui. *Octob.* 14.

*C.* 32. 21. Non accipiam perſonam viri, & Deum homini non æquabo. Neſcio enim quamdiu ſubſiſtam, & ſi poſt modicum tollat me factor meus. *Dec.* 7.

*C.* 33. 27. Peccavi, & verè deliqui, & ut eram dignus, non recepi. *Febr.* 14.

*C.* 39. 27 Numquid ad præceptum tuum elevabitur Aquila, & in arduis ponet nidum ſuum? in petris manet, & in præruptis ſilicibus commoratur, atque inacceſſis rupibus. Inde contemplatur eſcam, & de longè oculi ejus proſpiciunt. Pulli ejus lambent ſanguinem: & ubicunque cadaver fuerit, ſtatim adeſt *Dec.* 27.

Ex *lib. Pſalmorum.*

*Pſ.* 21 22 Deus meus es tu, ne diſceſſeris à me; quoniam tribulatio proxima eſt, quoniam non eſt qui adjuvet. *Mart.* 1.

*Pſ.* 24. 16. Oculi mei ſemper ad Dominum: quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos. *Iun.* 21.

*Pſ.* 33. 15. Diverte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & perſequere eam. *Nov.* 18.

*Pſ.* 36. 34. Expecta Dominum, & cuſtodi viam ejus, & exaltabit te, ut hereditate capias terram; cùm perierint peccatores videbis. *Apr.* 24.

*Pſ.* 36. 35. Vidi impium ſuperexaltatum, & elevatum ſicut cedrus Libani, & tranſivi, & ecce non erat, & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus. *Apr.* 28.

*Pſ.* 39. 5. Beatus vir cujus eſt nomen Domini ſpes ejus: & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. *Ian.* 1.

*Pſ.* 40. 1. Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. *Sept.* 18.

*Pſ.* 48. 13. Homo cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimiles factus eſt illis. *Maj.* 14.

*Pſ.* 48. 15. Sicut Oves in Inferno poſiti ſunt: Mors depaſcet eos. *Dec.* 17.

*Pſ.* 50. 3. Amplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me, quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. *Dec.* 12.

*Pſ.* 62. 11. Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. *Aug.* 27.

*Pſ.* 63. 8. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. *Oct.* 12.

*Pſ.* 74. 2. Cùm accepero tempus, ego juſtitias judicabo. *Nov.* 27.

Pſ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pſ. 76. 6.* Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. *Iul. 23.*

*Pſ. 76. 19.* Sagittæ tuæ tranſeunt; vox tonitrui tui in Rota. *Aug. 20.*

*Pſ. 83. 5.* Beati qui habitant in domo tua Domine; in ſæcula ſæculorum laudabunt te. *Nov. 1.*

*Pſ. 83. 6.* Beatus vir cujus eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum in loco quem poſuit. *Nov. 15.*

*Pſ. 90. 11.* Quoniam Angelis ſuis Deus mandavit de te, ut cuſtodiant te, in omnibus vijs tuis, in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. *Oct. 2.*

*Pſ. 93. 12.* Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. *Sept. 1.*

*Pſ. 93. 17.* Niſi quia Dominus adjuvit me, paulò minus habitaſſet in inferno Anima mea. *April 14.*

*Pſ. 100. 10.* Initium Sapientiæ timor Domini. *Nov. 3.*

*Pſ. 117. 6.* Dominus mihi adjutor: non timebo quid faciat mihi homo. *Nov. 6.*

*Pſ. 118. 14.* In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus divitijs. *Dec. 10.*

*Pſ. 118. 120.* Confige timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui. *Iul. 5.*

*Pſ. 118. 129.* Mirabilia teſtimonia tua, ideò ſcrutata eſt ea anima mea. *Dec. 30.*

*Pſ. 126. 4.* Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorum. *Dec. 3.*

*Pſ. 142. 2.* Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens. *Iul. 19.*

Ex lib. *Proverbiorum.*

*C. 3. 5.* Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ: in omnibus vijs tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. *Iun. 12.*

*C. 3. 18.* Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderit eam: & qui tenuerit eam, Beatus. *Nov. 30.*

*C. 4. 11.* Ducam te per ſemitas æquitatis, quas cùm ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum. *Mart. 31.*

*C. 4. 19.* Via impiorum tenebroſa: neſciunt ubi corruunt. *Ian. 26.*

*C. 6. 34.* Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cujuſquam precibus, ne ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. *Iul. 9.*

*C. 7. 4.* Dic ſapientiæ, ſoror mea es; & prudentiam voca amicam tuam, ut cuſtodiat te à muliere extranea, & ab aliena, quæ verba ſua dulcia facit. *Mar. 7.*

*C. 8. 7.* Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium. *Dec. 13.*

*C. 8. 21.* Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret à principio. *Sept. 3.*

*C. 8. 34.* Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſervat ad poſtes oſtij mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino. *Aug. 3.*

*C.9.* 1. Sapientia ædificavit ſibi domum: excidit columnas ſeptem *Dec.8.*

*C.9.* 11. Si ſapiens fueris, tibimetipſi eris: ſi autem illuſor, ſolus portabis malum. *Apr.6.*

*C.11.20* Abominabile Domino cor pravum: & voluntas ejus in his, qui ſimpliciter ambulant. *Mai.7.*

*C.14.13.* Riſus dolore miſcebitur: & extrema gaudij luctus occupat. *Febr. 15.*

*C.15.33.* Gloriá præcedit humilitas. *Aug. 15.*

*C.16, 32.* Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore Urbium. *Iun. 5.*

*C.20.* 13. Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat, aperi oculos tuos, & ſaturare panibus. *Jul.1.*

*C.21.5.* Cogitationes robuſti ſemper in abundantia. *Mar.2.*

*C.21. 28.* Vir obediens loquetur victoriam. *Sept.25.*

*C.23.18.* In timore Domini eſto tota die, quia habebis ſpem in noviſſimo. *Ian. 7.*

*C.29.21.* Qui delicatè à pueritia nutrit ſervum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem. *Feb. 13.*

*C.30.18.* Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in Cælo, viam colubri ſuper terram, viam navis in medio mari, & viam viri in adoleſcentia. Talis eſt via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum dicit; non ſum operata malum. *Iun. 6.*

Ex *lib.* Eccleſiaſtæ.

*C.7.1.* Quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere, cùm ignoret, quid conducat ſibi in vita ſua numerum dierum peregrinationis ſuæ, & tempore quod velut umbra præterit. *Iul.10.*

*C.7.19.* Qui timet Deum, nihil negligit. *Nov. 29.*

*C.9.1.* Neſcit homo utrum amore, an odio dignus ſit; ſed omnia in futurū ſervantur incerta *Oct.10.*

*C.11.3.* Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. *Jan.4.*

*C 12.5.* Ibit homo in domum æternitatis ſuæ. *Ian.28.*

*Canticorum.*

*C.6.9.* Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens: Pulchra ut Luna, Electa ut Sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata. *Nov.21.*

*C.8.1.* Quis mihi det te fratrem meum, ſugentem ubera Matris meæ, ut inveniam te foris, & deoſculer te, & jam me nemo deſpiciat. *Dec.22.*

*C.8.6.* Fortis eſt ut mors dilectio: dura ſicut infernus æmulatio. *Apr.29.*

*C.8.6.* Dura ſicut Infernus æmulatio. *Apr. 30.*

Ex *lib. Sapientiæ.*

*C.2.4.* In malevolam Animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. *Nov 15.*

*C.3.1.* Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. Viſi ſunt oculis inſipientium mori, & æſtimata eſt afflictio exitus illorum, & quod à nobis eſt iter, exterminium; illi autem ſunt in pace. *Aug. 14.*

*C.* 3. 9. Fideles in dilectione acquieſcent illi. *Ian.* 16.

*C.* 8. 16. Intrans in domum meam conquieſcam cum illa: non enim habet amaritudinem converſatio illius, nec tædium convictus illius, ſed lætitiam, & gaudium. *Iun.* 27.

*C.* 9. 6. Et ſi quis erit conſumatus inter filios hominum, ſi ab illo abfuerit ſapientia tua Domine, in nihilum computabitur. *Ian.* 11.

*C.* 14. 9. Similiter odio ſunt Deo Impius, & impietas ejus. *Febr.* 9.

*Ex lib. Eccleſiaſtici.*

C. 1. 29. Uſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio jucunditatis. *Iun.* 13.

*C.* 2. 1. Fili accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. *Oct.* 11.

*C.* 2. 3. Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe. Quoniam in igne probatur aurum, & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. *Mar.* 9.

C. 3. 20. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. *Jun.* 24.

C. 3. 27. Cor durum malè habebit in noviſſimo. *Iul.* 17.

C. 4. 33. Pro juſtitia agonizare pro anima tua, & uſque ad mortem certa pro juſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. *Aug* 24.

C. 5. 4. Ne dixeris peccavi, & quid mihi accidit triste? Altiſſimus enim eſt patiens redditor. *Jun.* 22.

C. 7. 40. In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis. *Apr.* 2.

C. 10. 31. Fili in manſuetudine ſerva animam tuam, & da illi honorem ſecundùm meritum ſuum. *Iul* 4.

C. 11. 1. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illum faciet. *Maj.* 12.

C. 14. 12. Memor eſto quoniam mors non tardat. *Maj.* 6.

C. 17. 26. Non demoreris in errore impiorum; ante mortē confitere. *Jun.* 7.

C. 18. 6. Cùm conſumaverit homo, tunc incipiet. *Maj.* 5.

C. 18. 22. Ne verearis uſque ad mortem juſtificari, quoniam merces Dei manet in æternum. *Iun.* 28.

C. 18. 23. Ante Orationem præpara Animam tuam: & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum. *Dec.* 1.

C. 18. 27. Homo ſapiens in omnibus metuet, & in diebus delictorum attendet ab inertia. *Febr.* 8.

C. 18. 31. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. *Ian.* 15.

C. 19. 1. Qui ſpernit modica, paulatim decidet. *Aug.* 8.

C. 22. 28. Fidem poſſide cum Amico in paupertate illius, ut & in bonis illius læteris. *Dec.* 24.

C. 25. 13. Quàm magnus, qui invenit ſapientiam, & ſcientiam, ſed non eſt ſuper timentem Dominum, timor Dei ſuper omnia ſe ſuperpoſuit. *Jun.* 8.

C. 27. 4. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubvertetur domus tua. *Feb.* 16.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C. 17 12. Homo ſanctus in ſapientia ſua manet ſicut Sol: nam ſtultus ſicut Luna mutatur. *Apr.* 13.

C. 29. 20. Gratiam fidejuſſoris ne obliviſcaris, dedit enim pro te animam ſuam. *Iun.* 31.

C. 29. 27. Recupera proximum ſecundùm virtutem tuam, & attende tibi, ne incidas. *Jul.* 2.

C. 29. 32. Hoſpitabitur, & paſcet, & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet. *Iun.* 19.

C. 33. 23 In omnibus operibus tuis præcellens eſto. *Mart.* 27.

C. 33. 25. Cibaria, & Virga, & onus aſino, panis & diſciplina, & opus ſervo. Operatur in diſciplina, & quærit requieſcere; laxa manus illi, & quærit libertatem. *Apr.* 21.

C. 34. 7 Multos quidem errare fecerunt ſomnia, & ceciderunt ſperantes in ipſis. *Aug.* 23.

C. 39 28. Quomodo Cataclyſmus aridam inebriavit, ſic ira Domini gentes, quæ non exquiſierunt illum, hereditabit. *Mai.* 19.

C. 41. 1. O mors quàm amara eſt memoria tua, homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis. *Apr.* 18.

Ex *Iſaia.*

C. 1. 2. Filios enutrivi, & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me. *Apr.* 7.

C. 3 12. Popule meus qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant. *Febr.* 22.

C. 12. 3. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. *Mai.* 21.

C. 19. 1. Ecce aſcendet Dominus ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur ſimulacra Ægyti à facie ejus. *Maj.* 16.

C. 31. 6. Convertimini ſicut in profundo receſſeratis filij Iſrael. *April.* 3.

C. 31. 9. Ignis Domini in Sion, & caminus ejus in Jeruſalem. *Aug.* 28.

C. 32. 18. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. *Mart.* 28.

C. 33. 6. Divitiæ ſalutis, Sapientia, & Scientia: timor Domini ipſe eſt theſaurus ejus. *Dec.* 15.

C. 33. 14 Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante. *Mart.* 5.

C. 38. 14. Sicut Pullus hirundinis ſic clamabo; meditabor ut Columba. *Octob.* 15.

C. 43 24. Servire me feciſti in peccatis tuis: præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis. *Sept.* 22.

C. 45. 8. Rorate Cæli deſuper, & nubes pluant juſtum, aperiatur terra, & germinet Salvatorem. *Dec.* 20.

C. 48. 17. Ego Dominus Deus tuus, docens te utilia. *Ian.* 2.

C. 51. 8. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis, & ſicut lanam ſic devorabit eos tinea: Salus autem mea in ſempiternum erit. *Aug.* 25.

C. 51. 23. Dixerunt Animæ tuæ: Incurvare tranſeamus. Et poſuiſti ut terram corpus tuum & quaſi viam tranſeuntibus. *Octob.* 9.

Ex *Ieremia.*

C. 2. 12. Obſtupeſcite Cæli ſuper hoc, & portæ ejus deſolamini vehementer,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

menter, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. *Aug. 9.*

*C.* 4. 14. Lava à malitia cor tuum Jeruſalem, ut ſalva fias. Uſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? *Nov.* 22.

*C.* 6. 8. Erudire Jeruſalem, ne fortè recedat anima mea à te. *Sept.* 26.

*C.* 6. 30. Fruſtra conflavit conflator: malitiæ enim eorum non ſunt conſumptæ. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos. *Jun.* 23.

*C.* 8. 6. Attendi, & auſcultavi: nullus eſt, qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens quid feci. *Feb.* 3.

*C.* 13. 16. Date Domino DEO veſtro gloriam, antequam contenebreſcat, & antequam offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos. *Feb.* 27.

*C.* 15. 17. Solus ſedebam, quoniam comminatione replêſti me. *Sept.* 30.

*C.* 15. 19. Si ſeparaveris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. *Aug.* 29.

*C.* 17. 5. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor ejus. *Dec.* 9.

*C.* 31. 3. In charitate perpetua dilexi te: ideò attraxi te miſerans. *Feb.* 19.

*C.* 48. 11. Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requievit in fæcibus ſuis, nec transfuſus eſt de vaſe in vas, & in tranſmigrationem non abijt. Idcircò permanſit guſtus ejus in eo, & odor ejus non eſt immutatus. *Dec.* 1.

*C.* 49. 28. Eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis. *Aug.* 12.

*C.* 49. 12. Ecce, quibus non erat judicium, ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quaſi innocens relinqueris? non eris innocens, ſed bibens bibes. *Dec.* 28.

*Ex lib. Thren.*

*C.* 3. 22. Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti. *Mar.* 12.

*Ex Baruch.*

*C.* 3. 16. Ubi ſunt Principes gentium, & qui dominantur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram, qui in avibus Cæli ludunt, qui argentum theſaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum, qui argentum fabricant, & ſolliciti ſunt: nec eſt inventio operum illorum? exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt, & alij loco eorum ſurrexerunt. *Jun.* 2.

*C.* 6. 5. Viſa itaque turba de retro, & ab ante, adorantes dicite in cordibus veſtris: Te oportet adorari Domine. *Maj.* 31.

*Ex Ezechiele.*

*C.* 7. 16. Erunt in montibus quaſi columbæ convallium, omnes trepidi. *Apr.* 16.

*C.* 16. 8. Eras nuda, & confuſione plena, & tranſivi per te, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amantium, & expandi amictum meum ſuper te, & operui

operui ignominiam tuam, & juravi tibi, & ingreſſus ſum pactum tecum, ait Dominus DEUS, & facta es mihi. *Jul.* 22.

Ex *Oſea*.

*C.* 7. 13. Ego redemi eos, & ipſi locuti ſunt contra me mendacia. *Apr.* 8.

*C.* 9. 10. Facti ſunt abominabiles ſicut ea, quæ dilexerunt. *Feb.* 4.

*C.* 10. 6. Confundetur Iſraël in voluntate ſua. *Mar.* 29.

*C.* 12. 6. Miſericordiam, & Judicium cuſtodi, & ſpera in Deo tuo ſemper. *Jun.* 24.

Ex *Michea*.

*C.* 6. 8. Indicabo tibi ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te. Utique facere judicium, & diligere miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo. *Mar.* 21.

*C.* 6. 14. Humiliatio tua in medio tui. *Mar.* 4.

Ex *Habacuc*.

*C.* 2. 1. Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem, & contemplabor, ut videam, quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me. *Oct.* 6.

*C.* 2. 3. Apparebit in finem, & non mentietur; ſi moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. *Feb.* 2.

*C.* 3. 2. Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. *Maj.* 8.

Ex *Sophonia*.

*C.* 1. 12. Et erit in tempore illo Scrutabor Jeruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis; qui dicunt in cordibus ſuis, Non faciet benè Dominus, & non faciet malè. *Nov.* 6.

*C.* 3. 17. Silebit Dominus in dilectione ſua, exultabit ſuper te in laude. *Jul.* 26.

Ex *Malachia*.

*C.* 1. 14. Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino; quia Rex magnus ego, dicit Dominus Exercituum. *Jan.* 8.

Ex *lib.* 2. *Machabæorum*.

*C.* 12. 46. Sancta, & ſalubris eſt cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur. *Nov.* 2.

Ex *Mattheo*.

*C.* 5. 3. Beati Pauperes Spiritu: quoniam ipſorum eſt Regnum Cælorum. *Nov.* 7.

*C.* 5. 4. Beati Mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. *Nov.* 8.

5. Beati, qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur. *Nov.* 9.

6. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. *Nov.* 10.

7. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. *Nov.* 11.

8. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. *Nov.* 12.

9. Beati pacifici; quoniam filij Dei vocabuntur. *Nov.* 13.

10. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam: quoniam ipſorum eſt Regnum Cælorum. *Nov.* 14.

*C.* 5. 16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in Cælis eſt. *Sept.* 15.

*C.* 5. 25. Eſto conſentiens Adverſario tuo cito, dum es in via cum eo; ne fortè tradat te Adverſarius Judici, & Iudex tradat te Miniſtro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas noviſſimum quadrantem. *Iul.* 7.

*C.* 5. 44. Ego autem dico vobis: Diligite Inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos. *Apr.* 27.

*C.* 6. 1. Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in Cælis eſt. *Sept.* 16.

*C.* 6. 9. Sic ergo vos orabitis: Pater noſter, qui es in Cælis, &c. *Oct.* 16. 28.

Pater. *Oct.* 17.

Pater noſter. *Oct.* 18.

Qui es in Cælis. *Oct.* 19.

Sanctificetur nomen tuum. *Oct.* 20.

Adveniat Regnum tuum. *Oct.* 21.

Fiat voluntas tua ſicut in Cælo, & in terra. *Oct.* 22.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. *Oct.* 23.

Et dimitte nobis debita noſtra. *Oct.* 24.

Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. *Oct.* 25.

Et ne nos inducas in tentationem. *Oct.* 26.

Sed libera nos à malo. Amen. *Oct.* 27.

*C.* 11. 11. Regnum Cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. *Oct.* 3.

*C.* 11. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. *Aug.* 16.

*C.* 11. 29. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. *Aug.* 17.

*C.* 11. 26. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. *Aug.* 18.

*C.* 11. 30. Iugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve. *Aug.* 19.

*C.* 12. 32. Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. *Mar.* 11.

*C.* 16. 26. Quid prodeſt homini, ſi Mundum univerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? *Feb.* 26.

*C.* 17. 5. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ipſum audite. *Aug.* 6.

*C.* 35. 34. Tunc dicet Rex his, qui à dextris ejus erunt: Venite Benedicti Patris mei: poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione Mundi. *Nov.* 23.

*C.* 25. 41. Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. *Nov.* 24.

*Ex*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex *Marco*.

C. 12. 30. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Secundum autem ſimile eſt illi; Diliges proximum tuum tanquam te ipſum. *Iul. 28.*

C. 12. 31. Diliges Dominum Deum tuum &c. & hoc eſt primum mandatum. *Iul. 29.*

C. *12. 31.* Secundum autem ſimile eſt illi: Diliges proximum tuum tanquam te ipſum. *Iul. 39.*

C. 12 *33.* Diligere proximum tanquam ſe ipſum majus eſt omnibus holocauſtomatibus, & ſacrificijs. *Ian. 29.*

C. 13. 33. Videte, Vigilate, & Orate; neſcitis enim, quando tempus ſit. *Feb. 11.*

Ex *Luca*.

C. 1. *28.* Ave Maria gratiæ plena. *Sept. 37.*

C. 1. 51. Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui: depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles. *Sept. 29.*

C. *3.* 17. Ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igne inextinguibili. *Jun. 18.*

C. *6. 23.* Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in Cælo. *Jun. 25.*

C. 6. 24. Væ vobis divitibus, quia habetis conſolationem veſtram. *Ian. 20.*

C. *6.* 25. Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis. *Jan. 3.*

C. *6. 36.* Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt. *Jul. 11.*

C. *9.* 41. Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non conſideras? *Oct. 5.*

C. *9. 23.* Dicebat autem ad omnes: Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. *Nov. 19.*

C. 9. 62. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei. *Sept. 28.*

C. 10: 21. Confitebor tibi Pater, Domine cæli, & terræ, quòd abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & revelâſti ea parvulis. *Jan. 4.*

C. 11. 13. Si vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter de Cælo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. *Jan. 14.*

C. 12. 5. Timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam; ita dico vobis, hunc timete. *Jan. 22.*

C. *12. 8.* Dico vobis: omnis, qui confeſſus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram Angelis ſuis. *Maj. 9.*

C. *12.* 10. Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem paraſti, cujus erunt? *Mar. 16.*

C. 12. 40. Eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. *Apr. 5.*

C. *13.* 24. Contendite intrare per anguſtam portam, quia multi dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. *Jan. 12.*

C. 15. 7. 10. Dico vobis, gaudium erit


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

erit coram Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentia. *Sept.* 24.

C. 16. 10. Qui fidelis eſt in minimo, & in majori fidelis eſt; & qui in modico iniquus eſt, & in majori iniquus eſt. *Nov.* 20.

C. 16. 15. Quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum. *Feb.* 12.

C. 18. 1. Oportet ſemper orare, & non deficere. *Apr.* 23.

C. 21. 19. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. *Jan.* 30

C. 21. 36. Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis. *Feb.* 24. 25.

C. 22. 28. Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis: & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus Regnum, ut edatis, & bibatis ſuper menſam meam in Regno meo. *Oct.* 29.

*Ex Joanne.*

C. 1. 26. Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. *Sept.* 3.

C. 3. 8. Spiritus ubi vult ſpirat: & vocem ejus audis; ſed neſcis unde veniat, aut quo vadat: ſic eſt omnis, qui natus eſt ex ſpiritu. *Sept.* 21.

C. 3. 14. Sicut exaltavit Moyſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. *Maj.* 3.

C. 3. 16. Sic Deus dilexit Mundum, ut filium ſuum Unigenitum daret. *Mar.* 25.

C. 3. 19. Hoc eſt autem judicium: quia lux venit in mundum; & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. *Apr.* 12.

C. 4. 34. Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me, ut perficiam opus ejus. *Jun.* 2.

C. 5. 28. Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocē filij Dei; & procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionē vitæ, qui verò mala egerunt, in reſurrectionē Iudicij. *Aug.* 3.

C. 5. 44. Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis. *Jul.* 31.

C. 7. 38. Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. *Jun.* 13.

C. 8. 35. Omnis, qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. *Jun* 16.

C. 8. 44. Vos ex patre Diabolo eſtis; & deſideria Patris veſtri vultis facere. *Sept.* 11.

C. 8. 51. Amen autem dico vobis; Si quis ſermonem meum ſervaverit, mortē non videbit in æternum. *Aug.* 2.

C. 10. 9. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſalvabitur; & ingredietur, & egredietur, & paſcua inveniet. *Apr.* 19.

C. 12. 31. Nunc judicium eſt Mundi: nunc princeps hujus mundi ejicietur foras, & ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. *Sept.* 13.

C. 12. 31. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad me ipſū. *Sept.* 14.

C. 13.35. In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem. *Jan.* 31.

C. 14. 6 Ego ſum Via, & Veritas, & Vita. *Apr.* 25.

C. 15. 5. Ego ſum Vitis, vos Palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere. *Oct.* 7.

C. 15. 6 Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. *Oct.* 8.

C. 15 12. Hoc eſt præceptum meũ, ut diligatis invicem ſicut dilexi vos. *Aug.* 3.

C. 18. 11. Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum? *Apr.* 22.

C. 30. 29. Beati, qui non viderunt, & crediderunt. *Dec.* 21

Ex *Epiſtola Pauli ad Romanos.*

C. 2. 4. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. *Mar.* 8.

C. 6. 23. Stipendia peccati mors. Gratia autem Dei vita æterna. *Maj.* 22.

C 8 13. Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaveritis, viveris. *Sept.* 20.

C. 8. 14. Quicunque ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei. *Dec.* 18.

C. 8. 16. Ipſe Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filii Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti; ſi tamen compatimur, ut & conglorificemur. *Mar.* 24.

C. 8. 18. Exiſtimo enim, quod non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. *Mai.* 30.

C. 8. 26. Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram: Nam, quod oremus, ſicut oportet, neſcimus; ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *Maj.* 10.

C. 8. 26. Sed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *Maj.* 11.

C. 8 28. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti. *Jun.* 20.

C. 8 26. Quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filij ſui, ut ſit ipſe Primogenitus in multis fratribus. *Jul.* 13.

C. 8. 15. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? an tribulatio? an anguſtiæ an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? (ſicut ſcriptum eſt: Quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis) ſed in his omnibus ſuperamus propter eũ, qui dilexit nos. *Jan.* 30.

C. 10. 12. Idem Dominus omnium dives in omnes, qui invocant illũ. *Ja.* 6.

C. 11. 12. Vide bonitatem, & ſeveritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, ſeveritatem; in te autem bonitaté Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excideris. *Feb.* 24. & 25.

C. 11. 36. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſæcula. Amen. *Dec.* 31.

C. 12. 1. Obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra

hoſtiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. *Mar.* 6.

*C.* 12. 2. Nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in novitate ſenſus veſtri, ut probetis, quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. *Sept.* 27.

*C.* 12. 21. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. *Sept.* 19.

*C.* 13. 13. Sicut in die honeſtè ambulemus: non in commeſſationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus, & impudicitijs: non in contentione, & æmulatione: ſed induimini Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſiderijs. *Feb.* 10.

C. 14. 7. Nemo noſtrum ſibi vivit, & nemo noſtrum ſibi moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus: ſive morimur, Domino morimur: Sive ergo vivimus, ſive morimur, Domini ſumus. *Dec.* 14.

C. 15. 4. Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam, & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus. *Apr.* 1.

*Ex Epiſt. 1. ad Corinthios.*

C. 2. 10. Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. *Dec.* 6.

*C.* 2. 14. Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere. *Sept* 6.

*C.* 3. 13. Uniuſcujuſque opus manifeſtum erit; Dies enim Domini declarabit: quia in igne revelabitur; & uniuſcujuſque opus quale ſit, ignis probabit. *Apr.* 20

C. 3. 18. Nemo ſe ſeducat. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens Sapientia enim hujus mundi ſtultitia eſt apud Deũ. *Maj.* 26.

*C.* 6. 19 20. An neſcitis, quoniam non eſtis veſtri? Empti enim eſtis pretio magno. *Mar.* 15.

*C.* 9. 24. Neſcitis, quòd ij, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium! Sic currite, ut comprehendatis. *Mar.* 18.

C. 9. 20. Ego igitur ſic curro non quaſi in incertum, non quaſi aërem verberans, ſed caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo: ne fortè cùm alijs prædicaverim, ipſe reprobus efficiar. *Sept.* 10.

*C.* 10. 12. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat. *Jan.* 14.

*C.* 10. 21. Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ Dæmoniorum. *Jan* 18.

*C.* 13. 11. Cùm eſſem parvulus, loquebar ut parvulus, ſapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus ſum vir, evacuavi, quæ erant parvuli. *Apr.* 15.

*Ex Epiſt. 2. ad Corinthios.*

*C.* 4. 4. Deus hujus ſæculi excæcavit mentes Infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. *Maj.* 29.

*C.* 4. 17. Id quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur: quæ enim videntur, temporalia ſunt, quæ non videntur, æterna. *Mar.* 13.

*C.* 5 10. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſq; propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum. *Apr.* 9.

C. 5. 14. Charitas Chriſti urget nos, ut qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt. *Aug.* 4.

*C.* 6. 16. Vos eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus: quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. *Sept.* 4.

*C.* 12 9. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti. *Nov.* 17.

*Ex Epiſtola ad Galatas.*

*C.* 1. 10. An quæro hominibus placere: Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem. *Mar.* 12.

*C.* 2. 28. In fide vivo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. *Jan* 21.

*C.* 5. 22. Fructus autem Spritûs ſunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. *Maj.* 15.

*C* 5 24. Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs. *Mart.* 17.

C. 5. 25. Si ſpiritu vivimus, ſpiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes. *Feb.* 7.

C. 6. 2. Altera alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. *Maj.* 27.

C. 6. 3. Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. *Au.* 11.

C 6. 8. Quæ ſeminaverit homo, hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptioně: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu & metet vitam æternam. *Aug.* 21.

C. 6. 9. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim ſuo metemus, non deficientes. *Aug.* 21.

C. 6. 14. Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem mihi Mundus crucifixus eſt, & ego Mundo. *Feb.* 1.

*Ex Epiſtola ad Epheſios.*

C. 2. 4. Deus qui dives eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, cùm eſſemus mortui peccatis, convivificavit nos in Chriſto. *Mai.* 24.

C. 2. 19. Jam non eſtis hoſpites; & advenæ, ſed eſtis cives Sanctorum, & Domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu. *Iun.* 29.

C. 4. 1. Obſecro ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia ſupportantes invicem in charitate ſolliciti ſervare unitatem ſpiritûs in vinculo pacis. *Apr.* 17.

C. 4. 15. Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus. *Aug.* 26.

C. 4. 17. Nolite locum dare Diabolo. *Iul.* 21.

C. 4. 29 Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. *Iun.* 26.

C. 5. 15. Videte quomodo cautè ambuletis, non quaſi inſipientes, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. *Sept.* 1. 2.

C. 6. 13. Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias Diaboli. Quoniam non eſt nobis colluctatio adverſus carnem, & ſanguinem, ſed adverſus Principes, & poteſtates, adverſus mundi Rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ, in cæleſtibus. *Maj.* 8.

Ex *Epiſt. ad Philippenſes.*

C. 2. 13 Cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini: Deus eſt enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate *Maj.* 2.

C. 2. 21 Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Jeſu Chriſti. *Mar.* 19.

C. 3. 7. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam. *Octob.* 4.

C. 4. 6. Nihil ſolliciti ſitis. *Apr.* 10.

C. 4. 6. Sed in omni oratione, & obſecratione, cum gratiarum actione, petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. *April.* 11.

C. 4. 13. Omnia poſſum in eo, qui me confortat. *Nov.* 4.

Ex *Epiſtola ad Coloſſenſes.*

C. 3. 12. Induite vos ergo ſicut Electi Dei, Sancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes invicem, & donantes vobis metipſis, ſi quis adverſus aliquem habet querelam: ſicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. *Dec.* 26.

C 3 17. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu Chriſti gratias agentes Deo, & Patri per ipſum. *Febr.* 17.

Ex *Epiſt.* 1. *ad Timotheum.*

C. 1. 15. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quòd Chriſtus Ieſus venit in hunc Mundum peccatores ſalvos facere; quorum primus ego ſum, ut in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam. *Jan* 25.

C. 4. 7. Exerce te ipſum ad pietatem: nam corporis exercitatio ad modicum utilis eſt: pietas autem ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. *Jul.* 16.

C. 6. 3. Si quis aliter docet & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei, quæ ſecundùm pietatem eſt, doctrinæ, ſuperbus eſt nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas verborum. *Jun.* 17.

C. 6. 8. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueũ Diaboli, & multa deſideria inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. *Jun.* 15.

C. 6 10. Radix omnium malorũ eſt cupiditas, quas quidam appetentes erraverunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. *Mar.* 30.

Ex *Epiſt* 2. *ad Timotheum.*

C. 1. 12. Patior, ſed non confundor.

Scio enim cui credidi, & certus ſum quia potens eſt depoſitum meum ſervare in illum diem. *Aug.10.*

C. 2. 3. Labora ſicut bonus miles Chriſti. *Maj* 20.

C. 2. 5. Qui certat in agone, non coronatur, niſi legitimè certaverit. *Feb.23.*

*Ex Epiſtola ad Titum.*

C. 2. 11. Apparuit gratia Dei Salvatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobriè, & juſtè, & piè vivamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem, & adventum gloriæ Magni Dei, & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. *Dec. 25.*

*Ex Epiſtola ad Hebræos.*

C. 1. 1. Multifariam, multíſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, noviſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem Univerſorum, per quem fecit & ſæcula. *Dec. 29.*

C. 2. 1. Abundantius oportet obſervare nos ea quæ audivimus, nè fortè pereſſluamus. *Iun. 3.*

C. 4. 16. Adeamus cum fiducia ad thronum Gratiæ, ut miſericordiā conſequamur, & Gratiam inveniamus in auxilio opportuno. *Dec. 23.*

C. 6. 7. Terra ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, & germinans herbā opportunam his, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: proferens autem ſpinas, ac tribulos reproba eſt, & maledicto proxima: cujus conſummatio in combuſtionem. *Mar. 26.*

C. 9. 27. Statutum eſt hominibus ſemel mori, & poſt hoc judicium. *Maj. 13.*

C. 10. 26. Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiā veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio Iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt adverſarios. *Iul. 14.*

C. 10. 28. Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine ulla miſeratione duobus, vel tribus teſtibus moritur; quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit. *Jan. 13.*

C. 10. 38. Iuſtus autem meus ex fide vivit. *Apr. 4.*

C. 12. 1. Deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen: aſpicientes in authorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit Crucem confuſione contempta. *Feb. 5.*

C. 12. 3. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus adverſus ſemetipſum contradictionem, ut ne fatigemini, animis veſtris deficientes: nondum enim uſque ad ſanguinem reſtitiſtis, adverſus peccatum repugnantes. *Ian. 19.*

C. 13. 12. Ieſus ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eū extra caſtra, improperium ejus portantes. *Aug. 10.*

C. 13. 14. Non habemus hic manentem civitatem, ſed futurā inquirimus. *Febr. 20.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ex Epiſtola D. Iacobi.*

*C.*1. 2. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis. *Febr.* 28.

*C.*1.3. Probatio fidei veſtræ patientiam operatur; Patientia autem opus perfectum habet. *Feb.* 29.

*C.*1.5. Si quis veſtrum indiget Sapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. *Dec.* 5.

*C.*1. 12. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. *Iun.*17.

*C.*1. 17. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, apud quē non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. *Iul.* 3.

*C.*1.19. Sit autem omnis homo tardus ad Iram. Ira enim viri juſtitiam Dei non operatur. *Oct* 29.

*C.*1. 20. Ira viri juſtitiam Dei non operatur. *Oct.*30.

*C.*1.25. Qui perſpexerit in legem perfectam libertatis, & permanſerit in ea non auditor obliviosus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. *Nov.*6.

*C.*1.26. Si quis putat ſe Religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, hujus vana eſt Religio. *Sept.* 23.

*C.*3.15. Nolite gloriari, & mendaces eſſe, adverſus veritatem. Non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica. *Jan.* 27.

*C.*3.16. Ubi zelus & contentio; ibi inconſtantia, & omne opus pravum. *Sept* 9.

*C.*4. 4. Quicunque voluerit eſſe amicus ſæculi hujus, inimicus Dei conſtituitur. *Mart.*23.

*C.*4.6. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. *Ian.* 5.

*C.*4.13. Quæ eſt vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. *Ian.* 9.

*C.*5.20. Qui converti fecerit Peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animā ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum. *Dec.* 19.

Ex *Epiſt.* 1. *D. Petri,*

*C.*2.11. Obſecro vos tanquam advenas, & peregrinos, abſtinete vos à carnalibus deſiderijs, quæ militant adverſus animam, converſionem veſtram inter gentes habentes bonam. *Iul.* 25.

*C.*2.21. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus. *Sept.* 7.

*C.*4.1. Chriſto autem paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. *Iul.* 15.

*C.* 4.15. Nemo veſtrûm patiatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine. *Octob.* 13.

*C.* 5.6. Humiliamini ſub potente manu Dei, ut vos exaltet in tempore viſitationis omnem ſollicitudinem veſtrā proijcientes in eum, quoniam ipſi eſt cura de vobis. *Aug.*7.

C.5.8. Sobrij eſtote,& vigilate,quia adverſarius veſter Diabolus,tamquam leo rugiens circuit quærens quem devoret,cui reſiſtite fortes in fide. *Sept.* 5.

Ex *Epiſt.* 2. *D. Petri.*

C.1.10. Fratres, magis ſatagite,ut per bona opera certam veſtram vocationē, & electionem faciatis, hæc enim facientes non peccabitis aliquando. *Dec.* 2.

C. 1.20. Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui bene facitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies elucéſcat, & Lucifer oriatur in cordibus veſtris. *Oct.* 1.

Ex *Epiſt.* 1. *D. Ioannis.*

C.5.4. Omne quod natum eſt ex Deo vincit Mundum, & hæc eſt victoria quæ vincit Mundum, fides noſtra. *Jun.* 10.

Ex *Epiſtola. D. Iudæ.*

C.1.13. Hi ſunt quibus procella tenebrarum ſervata eſt in æternum. *Iul.* 11.

Ex *Apocalypſ.*

C.2.10. Eſto fidelis uſque ad mortē, & dabo tibi coronam vitæ, *Iul.* 10.

C.1.3. Si non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur: & neſcies qua hora veniam ad te. *Dec.* 16.

C.3.11. Ecce venio cito, tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. *Mart.* 10.

C.13.15. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus; utinam frigidus eſſes, aut calidus: Sed quia tepidus es,& nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo. *Aug.* 31.

C.3.20 Ecce ſto ad oſtium, & pulſo Si quis &c. *Iul.* 6.

C.3.20. Si quis audierit vocem meã, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. *Iul.* 7.

C.14.13. Beati mortui qui in Domino moriuntur. A modo jam dicit ſpiritus, ut requieſcãt à laboribus ſuis: opera enim illorum ſequuntur illos. *Iul.* 14.

C.18.7. Quantum glorificavit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. *Dec.* 4.

Omnia ad Majorem DEI Gloriam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN